



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quaecumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

XIII. Synodus, Quae III. Orientalium Adhuc Schismaticorum, Habita Beroeae Apud Acacium, post accepta per Aristolaum tribunum Imperatoris mandata, eodem anno, sub finem mensis Junii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

XIII. SYNODUS,

QUÆ III. ORIENTALIUM ADHUC SCHISMATICORUM, HABITA BEROEÆ APUD ACACIUM,

post accepta per Aristolaum tribunum Imperatoris mandata, eodem anno, sub finem mensis Junii.

Causa synodi.

POST QUAM Aristolaus tribunus pervenit in Syriam, literasque Imperatoris Joanni Antiocheno, Acacio Berœensi, & Simeoni Stylitæ reddidit, Joannes e tota sua diœcesi evocavit Episcopos, ut quia omnium causa agebatur, omnium quoque sententia statueretur, quid agendum, & qua ratione parendum regis mandatis foret.

Tempus.

Tempus habitæ synodi non improbabili- ter inveniri potest. Nam cum habitam omnes fatcantur anno 432. idque indubitatis argumen- tis constet; cumque Imperatoris epistolas, etsi nota temporis carent, quia tamen Celestini pape mentionem faciunt, datas oporteat ante medium Aprilem, quando scilicet nondum Con- stantinopolim nuntii de morte Celestini, Romæ vita functi die 6. Aprilis, advenerant; necesse est Aristolaum in Syriam non prius appulisse, vel terrestri itinere venisse, quam medius Maius effluisset. Atqui eo anno dies Pentecostes incidit in vigesimum secundum Maii: quare licet tractoria missa dicatur statim acceptis liti- ris, vel festis peractis, pervenire tamen non potuit ad omnes Episcopos, quorum aliqui duodecim mansionibus Antiochia distabant, nisi sub initium Junii: atque ita nec Episcopi ante inclinantem Junium, convenire ad condi- ctum locum poterunt.

Locus.

Quamvis autem vulgo credatur Antiochiæ habitata, popularem nihilominus fidem certis testimoniis Cyrillus & Mercator infringunt. Ille quidem Acacio Meliteno scribens: *Postquam, inquit, Orientalibus regum decretum exposuimus est, tanquam factum ex eorum episcoporum sen- tentia, qui Constantinopoli aderant, concilio ne- scio quo apud sanctissimum piissimumque Berœen- sem episcopum Acacium congressi scribi, ad me- curarunt, &c.* Ille vero, cum refert epistolam a Theodoro ad Andream Samosatenum scri- ptam, *lævis Cyrilli literis a Berœa missis*, quam- quam non incredibiliter dici possit, initium synodo Berœæ datum, finem Antiochiæ factum, ut postea declarabitur.

Unde inno- tescunt gesta.

De ipsa egimus in prefatione historica prolixè satis, atque etiam in notis ad præfata- tam Theodoretæ epistolam, quibus in locis ex- posita sunt maximam partem, quæ Cyrillus in epistolis ad Acacium Melitenum, & Donatum Ni- copolis episcopum sincere juxta & copiose nar- rat, quæque partim ex Cyrillo, partim aliunde Liberatus scripsit.

Qui Episcopi congregati.

Credibile est, convenisse decem Metropolita diœcesis orientalis, cum duobus singulos subjectis Episcopis: agebatur enim re- commu-

nis, & ea forma conveniendi sæpe fuit a Joanne expetita; Rabbulas tamen Edeffenus cum suis videtur declinasse hunc conventum, qua ratione subduxit sese ipsius præcessor Nonnus Ephesinæ synodo, cujus hæc synodus velut complementum erat, siquidem apprimè catholicus fuit & Cyrillo societate dogmatis conjunctus. Ab- fuit certe Theodoretus agre ferens, vel delibe- rari de Nestorii damnatione & concordia cum Cyrillo; vel ea rescindi, quæ tanto conamine stabilire nifus erat.

Læcis divalibus literis, visum est, rem geri non debere Nicomediæ duos inter solos Anti- stites, omni consilio destitutos: id enim peri- culo non carere, siquidem Joannes non ita pridem ordinatus, Cyrillo viginti annorum epi- scopo par non esset, cum doctrina, tum vsu re- rum; quare negotium ibi procurandum, ubi securius posset. Visum quoque, desperatis Nes- torii rebus, parendum quidem Imperatori, sed mora fatigandum tribunum, callideque cum Cyrillo sic agendum, ut Orientalium ho- nori confuleretur, & Cyrillus crederetur, vel pacem averfari, vel si admitteret, eam potius obtinuisse a Joanne, quam reportasse victo- riam.

Senex igitur ille veterator Acacius scripsit Cyrillo, non posse fieri Ecclesiarum pacem, nisi ea omnia aboleret, quæ vel epistolis, vel tomis, vel libris vulgasset, & soli fidei, quæ a sanctis Patribus Nicææ edita fuerat, consen- tiret, id est, retractaret epistolas duas priores ad Nestotium, tertiamque cum duodecim ca- pitibus, capitumque defensionibus, & quæ libris quinque edidisset adversus blasphemias Nestorii, nam epistolarum nomine duæ priores intelligebantur; tomi vero sunt tum tertia epi- stola cum anathematismis, tum scripta de recta fide, quamquam & libri quinque contradicen- tes blasphemis Nestorii interibantur tomi.

Rejectis a Cyrillo conditionibus tam absur- dis, missus est Paulus Emefenus Alexandriam, qui cominus pugnaret, dataque a Joanne ad Cyrillum duplices literæ, quarum unæ continerent querelas, & veniam quasi offerrent; aliæ demissionis pleniotes essent, ac æquiores, qui- busque pro tempore vteretur ad fallendum, si qua ratione posset, Cyrillum.

Actum quoque in synodo de forma fidei componenda, sed tam artificiose, ut concipere- retur verbis, quæ non vsurpasset quidem Cy- rillus, sed neque rejecisset; quæ viderentur Nestorio contradicere, re ipsa tamen concilia- ri possent; quæ tandem si a catholicis accusaren- tur pravi sensus, facile statim verterentur in catholicum & sanctorum sententias consonum.

Quid statu- tum.

Scriptum ab Acacio ad Cyrillum, sed subdole.

Missus Ale- xandriam Paulus Eme- fenus.

Forma fidei artificiose composita.

Moderandum... res inclinans... Joannes... cum ad dilectum... tantum cle... Quinto, ne... interim quo... aut depon... tentiam... am tribunum... & mandatis... et... ad Joannem... nos perve... d Cyrillum... e enim stare... antium liti... scilicet Eph... m Stylitem... vel cum Si... sic opinen... gisse literas... iam spectet... inveniat... quid ex his... na quidem... maris... ecclesiastica... es, eo di... indignant... nefactant... debuerant... n. Imperia... vna inter... ad na... profas... tio, aut... vitar. Sed... vntigeris... e catholi... ssimi ele... sufficere... Littere epi... dem ad Syn... existimant... miam... ex vo... si res... conjuncta... Littere epi... dem ad Ac... cum... 1410... 1414. cap. 14.

3. part. con-
cilio episcop.

Actum de re-
genda restituo-
ne quatuor
schismatico-
rum.

E de subscri-
benda fidei
forma.

Relationes ad
Imperatorem
& Pontifi-
cem.

Forma fidei.

Hujusmodi forma continetur, tum in epistola Joannis ad Cyrillum, tum in literis Cyrilli ad Joannem.

Actum pariter de vregenda quatuor schismaticorum Episcoporum, Helladii, Himerii, Eutherii & Dorothei, a Maximiani synodo depositorum, restitutione.

Actum etiam, post acceptas Cyrilli, in pacis conditiones consentientis, literas, de forma fidei ab omnibus subscribenda.

Denique ad Imperatorem rursus de re tota relatum est, quemadmodum & ad Sixtum, qui Celestino in sedem apostolicam successerat: atque ita pax, sin minus facta, saltem facta est.

Formula fidei sic se habuit: *Constituimus igitur Dominum nostrum IESUM CHRISTUM, unigenitum Dei Filium, esse Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore; ante secula quidem ex Patre secundum divinitatem genitum; postremis vero temporibus eundem ipsam propter nos, & propter nostram salutem, ex Maria Virgine, secundum humanitatem naturam eundem consubstantiali Patri secundum divinitatem, & consubstantiali nobis secundum humanitatem, siquidem duarum naturarum facta est unio, propter quod unum Christum, unum Filium, unum Dominum esse cognoscimus.*

Secundum hunc inconstitit unitatis intellectum, constituimus, sanctam Virginem Dei genitricem esse, propterea quod Deus Verbum incarnatum est, & homo factum, & ex ipsa conceptione univis sibi templum, quod ex illa assumpsit.

Evangelicas autem & apostolicas de Domino voces, scimus graves Theologos, alias quidem communes facere, tanquam ad unam personam pertinentes, alias vero, propter duarum naturarum diversitatem, diversim nuncupare: & illas quidem, qua Deo conveniunt, ad Christi divinitatem, humiles vero ad ejusdem humanitatem referre solere.

Hanc ubi fidem Theodoretus attente perspexit, confidenter asseruit, eandem esse que Nestorii; nec a Cyrillo potuisse recipi, nisi post equatam pristinam sententiam, capitibus duodecim contentam. Suum istud, opinor, judicium in Pentagio, seu libris pro Diodoro, & Theodoro conscriptis probare natus est. Sed quia totius operis nihil superest, praeter fragmenta libro tertio exhibitam hanc, si tamen facta est, suppleto, neque operosum est, neque forsan inutile, collatis inter se fidei & Nestorii verbis: non quo fides Joannis a Patribus laudata damnetur, id enim t meritis est, audaciaeque singularis; sed ut constet, non de nihilo fuisse sanctorum Cyrilli amicorum querelam, quod aequitas ac reverentia videri potest exigere. Sed cum ejusmodi collatio facile ab unoquoque effici queat, pauca ego mihi observanda puro.

Primum. Orientalis synodus tres suae fidei partes esse voluit, unam de Christo, alteram de Virgine *Genitrici*, tertiam de *ad idem*, seu proprietatum communicatione. In prioribus duabus affirmantur pronuntiat, in tertia sententiam sustinet

contenta dicere, scire se, quomodo Theologi graves ea de re loquantur. Quo dicto videri potest inter *ad idem* censere *ad idem*, cum tamen sola sit certa, aut saltem certarum praecipua regula, ad quam examinebuntur, quae dicuntur de incarnatione Verbi, ut pateant sine catholica, an secus.

Secundum. Haec Nestorii in eo posita est, quod naturas ille duas in Christo sola unione morali jungeret, atque ita duas in Christo hypostasies seu personas poneret, quarum una esset alterius, puta Deus esset hominis inhabitator; homo Dei esset templum: quam unitatem idcirco *Genitrici* vocabat. Quare tres statuebat voces utriusque naturae significativas, *Filius*, *Christus*, *Dominus*, quae inter loquendum de Christo, pro ratione attributi, modo hanc in recto, ut aiunt, modo alteram naturam significarent: exempli gratia, cum dicitur Christus esse mortuus, Christum Nestorius interpretabatur hominem, in quo esset Deus, &c. Haec & alia demonstrant, quantam tegeter his tribus vocibus fraudem, nec hanc ipsam fraudem detegi posse sine regulis *ad idem*, dissertationi positis: atque ita eum, qui super hac quaestione mentem aperire detrectat, vel teipsa cum Nestorio scintre, vel consensionis nomine suspensum merito esse posse.

Tertium. Non sine causa Orientalium fides videri potuit suspecta doctissimis Cyrilli amicis, ut & Nestoriana Theodoretus. Nam prima secundaque pars ejusmodi est, ut si sola verba attendantur, ei Nestorius facile sine si sola verba dispendio subscriberet. Id quisque liquido cernet, qui voluerit primae dissertationis ea loca relegere, in quibus Nestorius, vel sui patroni defendunt, vel nos ostendimus adversus Arianos, Apollinaristas, Marcellum, & Leporium catholice sentire. Istud perdidit Cyrillus, atque idcirco, cum apud Acacium Melitenum se atque Orientales purgaret, ad fidei formulam addidit conciones Eusebii, longe conformiores catholice veritati.

Postremum. Non temere quis conjecerit, Eusebium idcirco in Alexandria Ecclesia Cyrillo praesidente scismone semel atque iterum fecisse, ut quod deesset fidei, suppleret uterque sermo, & posterior priori lucem afferret. Atque haec causa est, cur in ipso prioris initio ad solemnem quaestionem verbis conceptis respondens, adducto Isaiae testimonio, dixit *PARTI ITAQUE DEI GENITRIX EMMANUELEM*. Quo dicto visus est populo idipsam asserere, quod primo capite Cyrillus. Verum altero sermone manifestius, de gemina Verbi nativitate, una duarum naturarum persona, communicatione idiomatum, Deoque passo, ita disseruit, ut se Cyrilli doctinam tradere testaretur, itaque finem dicendi faceret: *Quae vestra sunt, vobis appassimus. Haec est enim patris vestri doctrina, hic thesaurus est vobis avintus. Haec beati Athanasii sunt dogmata. Haec magistri Theopropii est doctrina, columnarum orthodoxae fidei.*

Vide dissert. cap. 1.

Ob servat. II. de Nestorianae regularum pertentionum ad communicationem idiomatum.

Ob servat. III. de Cyrilli opinione e quod formulam fidei.

Ob servat. IV. de concionibus Alexandrinis Eusebii.

Judicium Theodoretus de ista fidei forma. Epist. Cyrilli ad Acacium Melitenum.

Observatio 1. de tertia parte formulae fidei.

